UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ITINERARI[I] || ITALIAE || RERVMQ. ROMANARVM || LIBRI TRES ||

Schottus, Franciscus

Antverpiae, 1600

Item Poetarvm Ortv Celebres.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70633

Visual Library

ITEM POETARVM ORTV CELEBRES.

M. Val. Martialis.

VErona docti ſyllabas amat Vatis:
Marone felix Mantua eſt.
Cenſetur Apona Liuio ſuo tellus,
Stellaq́; nec Flacco minus.
Apollodoro plaudit imbrifer Nilus:
Naſone Peligni ſonant.
Duosq́; Senecas, vnicumq́; Lucanum
Facunda loquitur Corduba.
Gaudent iocoſa Canio ſuo Gades:
Emerita Deciano meo.
Te, Liciane, gloriabitur noſtra,
Nec me tacebit Bilbilis.

Nicolai Leorini Sileſij.

VRbs Venetûm Bembos loquitur Balboſque Poëtas,
Naugerioſq́; ſuos:
Mantua Virgilij Capilupos numine plenos,
Caſtilioſq́; duces.
At Molſas Mutina, & Sadoletos iactat alumnos,
Corteſioſq́; ſuos.
Brixia Taygetos celebrat, Fauſtumq́; Sabaum,
Cæſare cum Duchio.

Fel-

Felſina cum Bochio commendat Achille Camillos,
Flaminioq́; pio.
Te, Dacti, ſimilemq́; tibi Florentia venæ
Prædicat Angelium.
Te, Cali, Bigumq́; canit Ferraria culta,
Strozipenaſq́; duos.
Parma colit Vidam, lepidumq́; Cremona Faërnum,
Lampridiumq́; ſuum.
Cum Fracaſtorio, Cottam Verona recenſet,
Scaligeroſq́; duos.
Luca ſed Altilio, Maphæo Lauda triumphat &
Aonio Verulum.
Sirenum urbs Ioviane tuo, Synceréq; plaudit
Carmine Parthenope.

FINIS.